

THIETMARSIA.



HIE T M A R S I A. Regio Holsatiae vicina ad pellationem habet à lingua vernacula mutuatam. Quia ad differentiam Holsatiae, quæ nemorosa, & saltibus occupata, cùm palustris sit, à Marsis, id est, paludi bus, viginosis locis, Thietmarsia nuncupatur: Qui enim deppressa, & palustria loca tenent, hi ab incolis Marsi vocantur, quasi inter paludes limosasq; voragine demersi habitantes. Inde Stormarsi, Cremper marsi, Vilstermarsi, Haseldorf permarsi, &c. Est autem Diethmarsia, naturæ, & artis beneficio, validè mutata. Nam quæ Albim mare absorbet, latè extensa, aggeribus contra insolentes maris procellas firmatur, quod, dum exestuat, aggeres magnis fluctibus lambit. Dum autem decrescit, ad medij miliaris spaciū recedit, nullis vt nauibus, in Thietmarsiam, hac, pateat accessus. Eadem, ad occasum ferè est ratio, vbi Eidora fluuius, eam distinguit, qui maris etiam æstum, Tilenburgum vsq; sentit. Inde verò, ad Aluerstorffsum, maria, lacus, stagna, paludes, accessum omnem impediunt. Meridiem versus, ex Holsatia adi-
tus in eam patet, sed tam angustis vijs, altis vtrinq; foueis, densisq; sylvis obseptus, vt minus gratos sibi hospites, Thietmarsi fa-
cile arcere possint. Quod Gerardus, Holsatiae Dux, magno & suo, & suorum incommode fecit, quem in his viarum angustijs
trucidarunt, Anno salutis 1404. Quando alias etiam, permulti Holsati, cum magna nobilitatis parte, his ipsis angustijs, partim
cæsi, partim proprijs concultati equis, partim aquis suffocati, perierunt. Ad solis exortum, V Vilstermarsiam verius accessus etiā
In Thietmarsiam, sed æquè difficultis patet. Regio ipsa lacibus paissim distincta est, vt ab equitatu non nimium molestari queat.
Populosa est, & diues, quæ, necessitate postulante, subito plurimos armatos suppeditare potest. Gens procta, ferox, robusta, a-
gilis, hastas vibrare, ijsq; foucas, quantumuis latus, traijceret ac superare potest. Patriam libertatem, summa concordia, & incre-
dibilianimorum consensu multos annos hactenus tutata est. Quod si externum aliquem hostem habeant, simultatibus omni-
bus domesticis & priuatis depositis, obfirmatis animis coalescent, auitam vt libertatem conseruent. Immites, truces sunt, & du-
ri. Ab hostibus capti, datam non seruant fidem, quam pro redēptione præstiterunt. nec eam etiam ipsis, pro more, & consuetu-
dine patriæ, quantumuis opulentu fuerunt: seruare licet. Quos verò ipsi in bello, ex hostibus capiunt, omnes, sine villa commi-
seratione, crudelissime occidunt. Cæsi in conflictu hostibus sepulturæ ius denegant, nec ab alijs eos humari permittunt. Fœmi-
næ in hostes immanissimè sœuent, vt feritate tigrides, rapacesq; lupas superent. Gentem se liberam, & nullius unquam seruitu-
ti subiectam, solum Bremensem Episcopum tenui censu se caput agnoscere, quondam iactabant. Cuius tamen imperata nun-
quam bene fecerunt. Sed, vt in quam varias distracti fuerint partes intelligamus, constat sanè quod

Ab omni memoria primi exterorum Saxones Dithmaris imperarint, sub quorum dominio, ad tempora Henrici I. permanen-
tit. Tum, anno nonagesimo, vicesimo primo, pro innata peruvicatio, peculiare sibi constituit dominum, Henricum caluum,
alias pingue, cognominatum. Is in Rosenthal de domicilio fuit, vbi nunc Hersfeldense monasterium. Et filium habuit suc-
cessorem Henricum bonum Qui Sifridum, & Tiadericum procreauit, vtrinq; Marggrauium. Sifridus Stadium, alium in locum
transtulit, firmamq; arcem, contra Panorum, & Nortmannorum incursionses, adiunxit.

Anno Nonagesimo octuagesimo octavo, Dani, Albim ascendentis, & Stadium, cum noua arce occupantes, Sifridum, &
Tiadericum fratres, multosq; nobiles, spe magnæ extorquendæ pecunia, captiuos abduxerunt. Sed Sifridus, fidelis pectoris
industria, ex nau Danica clam eruptus, in Thietmarsiam reduxit. Dani, vbi hunc euasiſſe intelligent, ira perciti, captiūs se-
rè omnibus, manus, alijs nares & aures amputarunt, Sifridus à Bennone Saxonum Duce, milite, & viribus auctus, præproperè
in Daniam euolans, madnas clades subito infert, multosq; capit, quos arborum ramis statim affigit. Vnde illuditum loco nomen
Wurgebaur.

Sifridi successores aliquato Thietmarsia præfuerūt, vt Sifridus II. Huderus, qui & Vdo alter itē Vdo; Ludolphus, Dedo, Ete-
lerus Albus, Quos posteriores duos Thietmarsi, gens agrestis ac fera, trucidarūt, vterq; Id & (cui Henricus tertius Imperator, pa-
tritus) succellue maritus. Cuius vnicus filius Egbertus, abs Vdone Maggrauio in Soltvedel, patentibus in cäpis cæditur. Quid
causa, Ida vidua Romam, ad Pontificem, Leonem IX. auunculum, se conferens, graues querelas, de filij cæde, effudit. Sed Pon-
tifex, vir bonus, verbo diuino eam religiosè consolatur, docens vsq; adeo non vindicandam Christiano iniuriam, vt & inimicis,
exemplo Christi, sit beneficiendum. Quam ipsa informationem religiosè obseruans, non modo omnem Vdoni Maggrauio
remisit offensam, verū & omnium bonorum, ditionumq; suarum vnicum hæredem instituit. Ita Vdo, simul & Comitatus
Stadenfis, & Thietmarsia dominus efficitur, Anno salutis M. LXVII. I tres habuit filios, ex quibus Rudolphus, Marggrauius
in Soltvedel, Thietmarsorum Comes efficitur. Quem ipsi trucidant. Hic duos reliquit filios, Rudolphum & Hartviciū. Quo-
rum ille, cognomimus patri, Thietmarsia Comes manet. Sed & hunc subditi, in arce Bokelenburgo laqueo suffocant, eiusq; con-
iugem Vvalburgem, naso, auribusq; amputatis, in profusum ab illa demersa, Die Walburgæ utri-
vulgò nuncupatur.

Hartvicus, iam strangulat Comitis frater, Præpositus ac demum Archiepiscopus Bremenensis, mortuo sine liberis, fratre,
Thiemarsia Comitatum iure hæreditario, obtinuit. Is autem, seditionis gentis considerans eius ditionem cum Sta-
densi comitatu, permutauit.

Dehinc Henricus Leo, barbam Thietmarsorum tyrannidem, armata manu de Comitatu ipsorum, Nobilem quendam
Reinoldum, inuestiuit. Qui paulò pōst, cum Adolpho, Holsatiae Comite, à Vendis, occiditur. Idem Henricus Leo Abbatia S.
Mariæ, iuxta Stadium, quæ nunc intra mœnia est, certos quosdam Thietmarsia pagos donauit. Quorum nomine vt tributum ac-
cipieret, cum ed venisset Abbas, vita, spoliatus est, atq; alia pagis indita nomina, quæ memoria depositæ annua pensionis extin-
gueretur.

Anno M. C. LXXXVI. Comes Adolphus tertius Holsatiae Comes ad tempus Thietmarsia & Stadij comitatuum tenuit, & vi,
præfractos Thietmarsos, ad obedienciam coegit, contra Sifridi Archiepiscopi Bremenensis molitiones, qui Bernardum Saxoniam
Ducem, ipsis præfectum cupiebat. Quob tandem deinde Hartvicus Archipræf Bremensis, quibusdam partitionibus ab Adol-
pho cognato suo obtinuit, vt nimimum, certos auenmodios, annuatim Holsatia Comitibus Thietmarsi penderent. Atque
hunc quidem annum censem, longo tempore soluerūt, quam diu virga ferrea coacti, officium fecerunt. Sed statim, vbi Bremen-
sisarma deposituit, contra præstatim fidem, pacta, & iuramenta Archiepiscopo deserto, ad Vvaldemarum Slesuici Episcopum se-
contulerunt, æquè S. Petro, vt asserebant, seruituri, qui & Slesuico, & Bremæ præsideret patronus. Dati Episcopo obsides. Proin-
de Danicæ coronæ iuncti, vñque ad diem pugnæ in Bornhouedē, quando insigni perfidia transfugerunt denuo, ad Holsatiae
Comitem male fidem seruarunt. Etenim vicesimo post miile ducentos, anno a nato Christo, cum inter Adolphum prioris filii
ac Lubecenses, & Regem Danicæ Valdemarum iuxta prædium Bornhouede, acre fieret prægium, essentq; in copijs Regijs Dierh
marsi, nefario perfidiæ crimen, Regem hostibus prodiderunt. Pepigerunt occulte cum Holsatis ante consilium, se, deserto
Rege, ad ipsos transituros, eiusq; rei indicium fore, si imas clypeorum oras conuertissent. Itaq; vt ad manus ventum elt, ipsis in
extremis collocati, vbi iam pugna serueret, scutis inuersis, à tergo Danos adoriantur, quo insperato casu perculsus Regius exer-
citus, prementibus vndiquaque hostibus, superatus, & Ortho Dux Braunschweigis, nepos Regis ex sorore, captus est. Ipso Rege,
Regisq; filio, vix ab hoste fugæ præsidio seruatis. Ita, cum infami singularis perfidiæ nota, in libertatem sese vindicarunt. Sed &
huic Adolpho Holsatiae Comiti, eam, quam perfidi solent, fidem seruarunt. Deinde, sèpè ab Holsatis tentati, semper eos repu-
terunt; Henricum, Holsatiae ac Stormariæ, & Ioannem Vagriæ Comites prælio superarunt. Gerardi Holsatiae Comitis, cuiusque
fratris, Ioannis viætrices copias profuderunt. Gerardum tandem ipsum trucidarunt, nouumq; eius exercitum, tanta feritate dele-
uerunt, vt præter Dacem occubuerint bisensi equestri honore insignes, & ex nobilitate trecenti, quorum nomina in annalibus
extant. Neq; eo cōtentis Dietharsi, quod in pugnantes, cadentesq; immane crudelitatē & sœ uitiam, pro more, intemperanter
exercuerint, in ipsa quoque cesorum cœdauerat, misere passim agros foedantia, dum sepulturam honestam ipsis negant, sœ uitant,

& dñ